



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/298953>

19

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JURIS ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**PETRUS ERICUS GERARDUS GERLINGS,**

**Daventriensis.**

A. D. XXVIII M. NOVEMBRIS, MDCCCLX, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,  
APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLX.

---

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

# THESES.

---

## I.

Reservatione servitutis vel hypothecae revera jus constituitur et non retinetur.

## II.

Modestini sententia in l. 22 D de pign. praeferenda videtur Pauli sententiae in l. 41 D. de pign. act.

## III.

Ad servitutem constituendam juris quasi traditio non requiritur.

IV.

Contractus bonae fidei propter dolum causam dantem non ipso jure sunt nulli.

V.

Substitutio quasi pupillaris non tantum spectat bona substituētis sed totam mente capti hereditatem.

VI.

Verbum *opeischbare* in art. 567 C. C. sub n°. 3 expungendum videtur.

VII.

Definitio ususfructus in pr. Inst. de ususfructu jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia praestat definitioni Codicis nostri civili, art. 803.

VIII.

Ex praecepto art 116 n°. 4 Cod. Civ. collato art. 84 sequi videtur, etiam parentes ob causam in articulo 115 descriptam, liberorum nuptias prohibere posse.

IX.

Hypothecarum custodis non est inquirere in jus eorum qui postulant ut inscriptio deleatur.

X.

Verba „uit kracht der verbindtenis zelve, wanneer deze medebrengt etc. in art. 1174 C. C.” idoneum non praebent sensum. Legendum videtur „uit kracht der overeenkomst zelve, wanneer deze inhoudt” etc.

XI.

Foenus nauticum, contra art. 577 C. M. solutum conditione sine causa a nauta repeti potest.

XII.

Qui in alius commodum hereditatem repudiavit non tenetur praecepto art. 775 C. M.

XIII.

Restitutio in integrum, art. 119 §, 4. C. M. acceptanti concessa, tantum valet contra eum qui dolum commisit.

XIV.

Actori, reo contumace, non incumbit onus probandi facta, quibus actio sua nititur.

XV.

Improbandi Rauter et Bertauld, quos si audias, socii puniendi sint eadem poena, qua parricida.



XVI.

Officialem munere abutentem vi repellere licet.

XVII.

Minus probandum quod nulla poena in Cod. poen. Franc. sancita est in eum, qui suicidae auxilium tulit.

XVIII.

Oratio a verbi divini ministro habita impune illo nscio ab auditore typis mandari potest.

XIX.

Puniri deberet subornationis testium conatus.

XX.

Decretum Napol. d. 22 Jan. 1813 de decimarum redemptione etiam nunc vi destitutum non est.

XXI.

Articulo 147 L. F. lex de decimarum redemptione ferenda non adversatur.

XXII.

Het tiendregt is nadeelig.

XXIII.

Belastingen op noodzakelijke levensbehoefden zijn af te keuren.

XXIV.

Het beweren van Ricardo, dat wanneer de dagloonen hooger worden, daaruit niet volgt, dat de voorwerpen duurder worden is ongegrond.

XXV.

Ten onregte beweert men, dat groote winkels de kleine te gronde rigten.





1912 AL